



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XXIV. De Sacramentis non iterandis

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

l. 2. c. 3. Providere, ut officium divinum
b. t. c. 7. c. 7. fiat, ut res Ecclesie ac sacra cimelia
9. eod. c. 6. ne custodiantur; examinare ordinem
cod. can. dos & sistere Episcopo; investire seu
Non debe- tere in possessionem eos, quibus pro
re dist. 80. sum est de beneficio; visitare singulis
c. 42. §. 9. nis sue jurisdictionis Ecclesiam, unde
C. de Episc. Visitatores dicuntur, *negidetur.*
& Cler.

De Officio Archipresbyteri

TIT. XXIV.

Archidiaconum sequitur Archipresbyterus
 qui quidem, si dignitatem &
 etiam spectes, minor est Archidiacono;
 attamen Ordinis habitudine, etiam quilibet Presbyter est
 Archidiacono.

I. Quis dicitur Archipresbyterus

Qui ceteris preest Presbyteris
 in civitate, ubi sedes est Episcopi
 Ecclesiis majoribus, sive in parochiis
c. 2. h. tit. existentibus. Unde Archipresbyteri
 alii sunt *Urbani*, alii *Rurales*, alii
ranei, qui & *Plebani* seu *Decani* dicuntur,
can. Legimus dist. vulgo *Decani Christiani*
 Per similes illis Presbyteris, qui ordinabantur
98. *Choriepiscopi*, vicesque Episcoporum ruri subibant.

2. Quod est Officium Archipresbyteri Urbani?

Inter alia hoc ejus est officium, Missarum solennia in Episcopi absentia celebrare, cantumque Horarum auspicari, Orationes, quas vocant collectas, recitare, benedictiones impetiri: eamque in Ecclesia metropolitana aut cathedrali habet facultatem, quam fere quilibet Presbyter in sua Parochia.

c. 1. 2. & 3.
h. t. can. 1.
& Presbyteri
dist. 25.

3. Quod est officium Archipresbyteri Ruralis?

Non solum vulgi, verum etiam Presbyterorum curam gerere, & qua quisque industria divinum opus exerceat, Episcopo suo renunciare. Cujus etiam decreta in parochiis per se vel alios executioni mandabit.

c. ult. h. t.

De Officio Primicerii.

TIT. XXV.

Hujus quoque olim fuit dignitas certa, eique jus quoddam coercendi annexum.

1. Quis dicitur Primicerius?

Primicerius hoc loco dicitur Cantor seu Præcentor, sic dictus, quia primus

E 2

ia